

anno 1356 die tertia decima Septemb. in
a/lege: de Helmithe dominus Boemundus ius quod sibi in Luc
24^{to} Coulenze habuit comparant, et expeditione congregata
ibidem castrum fortissimum contra diocesim Moguntinam
et comites de Lashane valenter a fundo inchoatum
edificavit. Postea anno Domini 1358 die 9. Aprilis omnes
iura quae comes de Lashane ibidem habuit cum eo com
paravit. Eodem anno dominus Hermannus de
Lapide castrum Wartensteyn per eum de novo constructum
cum universis pertinentiis 11. die Februarii a domino
Boemundo et ecclesie in perpetuum feudum acceptavit.

Johannes Jöselius de
Lubbing.

Predito Boemundo successit in archiepiscopatu dominus
Cono de Salckensteyn et post illum dominus Wernherus
quius cognatus cui successit dominus Otto comes natus
de Leghenheym, qui exemplis verbis et preceptis atque
promissis statutis per ipsum cum suis suffraganeis
promulgatis valde corabatur statum clericorum refor
mare, sed antequam opus inceptum consummaret
ablatos de medio obitu felici et operatus in Domino
quo mortuo et sepulto, electus fuit per capitulum
Breuerenensis dominus Jacobus de Lyck filius domini
Arnoldi de Lyck militis et baronis cui per introitu
nem et adiutorium domini Augusti comitis de Virneborch
cum ibi adherentibus opposuit se dominus Albertus
de Nandersecht et in tantum ipsum impedivit, quod
papa Martinus quintus quius electionem non confirma
re neque illi alio donavit, sed pro pace comuni domi
no Rabano de Helmsat viro prudentissimo quam
vis multum seni providit de archiepiscopatu Breuerensi